ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 39v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

qui tamen occulte surrexerit. & oram clamidis eius ab
scidit. Quid enim saul nisi mali rectores/ quid per
dauid nisi boni subditi designant? Saul igit uentrem
purgare est prauos ꝑpositos conceptam in corde malitiā
usq; ad opera miseri odoris extendere/ & cogitata apud se
noxia factis exterioribꝰ exsequendo monstrare. Quem
tamen dauid ferire metuit/ quia pie subditorum mentes
ab omni se peste obtrectationis abstinentes. ꝑpositorū
uitam nullo linguę gladio petiuit/ Etiam cum de
inpfectione reꝑhendunt; qui & si quando ꝓ infirmitate
se se abstinere uix possunt. ut extrema quedam atq; ex
teriora ꝑpositorum mala sed tam humilitē loquantur.
quasi oram clamidis silenter incidunt/ Quia uidelicet
dum ꝑplate dignitati sublimi innoxie latenter derogant.
quasi regis supposita uestem fedant/ sed tam ad semetipsos
redeunt. seq; uehementissime uel tenuissima uerbi lacera
tione reprehendunt. Unde bene & illic scriptum est.
Post hec dauid percussit cor suū eo quod abscidisset oram
clamidis saul. Et acta quippe ꝑpositorū oris gladio feri
enda non sunt/ & ita cum recte reprehendenda iudicant.
Si quando ꝫ contra eos uel in minimis lingua labitur/ ne
cesse est ut ꝑ afflictionē penitentie cor ꝑmatur.
quatinus ad semetipsū redeat/ Et cum ꝑpositi potestati
deliquerit. eius contra se iudicium a quo sibi prelata ē per

in libro regv.